



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

290. De his qui alterius parrochiani sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 327
si hoc
oc ex-
ur con-
qua di-
rapax,
ere pre-
est, ut
Grego-
ntrale-
s relin-
ompen-
tuta ca-
ione ut
t digne
int.

nasteria
unt, &
rahunt,
soldum
fligunt,
ubigan-
ocet

us par-
tē fece-
e fuerit,
m num-
compo-
z Eccle-
sia
fi sat-
satisfaciat, quam læsit. Si autem despexe-
rit atque contempserit ejus admonitionem &
saluberrimam invitationem, feriat illum pa-
storali virga, hoc est, sententia excommuni-
cationis, ut à communione sanctæ Ecclesiæ
omniūque Christianorum sit separatus us-
que ad congruam satisfactionem & dignam
emendationem. Quam excommunicationem
debet isdem Episcopus seniori illius notam
facere & omnibus suis coëpiscopis, ne eum
recipient usque ad dignam satisfactionem.

Burchardus in fine istius capitinis quædam, ut
ego quidem arbitror, de suo addidit, quod
putaret haud dubiè necessarium esse ut cum
quis Christianus erat excommunicatus, id in
omnium parochianorum notitiam perferre-
tur. Itaque in fine capitinis, post vocem coë-
piscopis, ista addita sunt apud Burchardum,
& omnibus suis parochianis, quæ tamen non
extant apud Reginonem, neque in Capitulis
Karlomanni, unde petitum est istud ca-
put.

De his qui alterius parrœchiani sunt.

Ex eodem.

CCXC. De illis autem qui infra parrœ-
chiam beneficium aut hereditatem habent, &
alterius Episcopi parrœchiani sunt, & dum
de loco ad locum iter faciunt, rapinas & de-
prædationes peragunt, placuit nobis & fidelis-
bus nostris, ut excommunicentur, nec antè ex
parrœchia exeant quām quæ perpetrarunt
dignè emendent. Quorum excommunicatio
seniori eorum & proprio Episcopo significan-

Capit. Karlo-
man. ibid.

c. 6.

Burchard. lib.

11. c. 45.

Ivo parte 14.

c. 109.

Gratian. 6.

q. 3. c. 5.

Prima Coll.

Decretal. lib.

s. tit. 14. c. 1.

da est, ne eos recipient antè quam illuc redant ubi rapinam fecerunt & omnia pleniter emendent.

In Capitulis Karlomanni, & apud Burchardum, tum etiam apud Iwonem & Gratiatum, & in prima collectione Decretalium, longè diversa est editio istius capituli ab ea quam præfert collectio Reginonis. Nulla enim illic mentio fidelium Regis, ut neque in sequenti capite. Quin & in veteri codice Reginonis, quo nos usi sumus, hac verba, & fidelibus nostris, cultelli ope erasa sunt in his duobus capitibus, sic tamen ut manifesta vestigia supersint veteris lectionis.

De eadem re. *Vnde suprà.*

Capitula Kar.
lom. ibid. c. 8.
Burciard. lib.
II. c. 12.

CCXC I. Placuit nobis & fidelibus nostris pro communi utilitate & instanti necessitate ut nullus Episcoporum graviter ferat si ejus parrocchianum pro hujusmodi depraedationis causa alter Episcopus excommunicaverit.

De eadem re. *Ex eodem.*

Capitula Kar.
lom. ibid.
c. 10.

CCXC II. Si aliquis autem regiam potestatem & episcopalem auctoritatem pro nihilo duxerit, & rebellis existens in rapina occisus fuerit, nulli fidelium nostrorum, qui eum occiderit, aliquis faidam portet, neque pro ejus morte aliquid componat.

Si Episcopus non excommunicet prædatorum. *Ex Concilio ad Pistas.*

Concil. Tolet.
6. c. 7.

CCXC III. Episcopus autem secundum